Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





Ad hoc rem ubi declaratur circa secundum modum alium qui ea que accidunt simul repuntur in eo de stellis circulum aliquem centro sit centro mundi sicut qui sunt a b g super centrum d. et dyametrum a d b et orbem revolutionis qui revolvit super ipsum et eius superficies super qui sunt e z h super centrum a. Stetque stella supra punctum h. cui videtur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli per hanc autem duas lineas a h. et d h g Dico quod d h g continuetur orbes revolutionis et quia apud illum erit diversitas maior que est inter motum medium et diversum et quia motus medius qui e a longitudine longiore continetur ab angulo e a h propter quia motus stelle in orbe revolutionis et motus centri orbis revolutionis in orbe a b g sunt equales velocitatis Sed diversitas quam est inter motum medium et motum qui videtur continet ab angulo a d h. Ergo manifestum est quod superfluum quod est inter duos angulos e a h et a d h. qui est anguli a h d continet spacium quod videtur inter stellam et longitudinem longiorem et quia hoc est spacium quarta circuli erit angulus a h d rectus Quapropter erit linea a h g continens orbem revolutionis super qui sunt e z h Arcus quo h g est diversitas maior que est inter motum medium et motum diversum Quapropter arcus e h qui est tertius quod est a motu in orbe ad motum medium secundum quod declaratum est hic ex motu locali stelle in orbe revolutionis erit maior h z. qui est tertius quod e a medio motu ad maiorem per duplum arcus a g. Si vero protraxerimus lineam d h t et lineam unam a k t orthogonalem super lineam e z. erit angulus k a h. equalis angulo b d g et arcus k h. similis arcui b g et cum sit arcus e h arcus e k h maior quarta una et arcus z h. minor quarta una cum eo et hoc est quod oportuit nos

Demonstrabimus autem per idem quod iam demonstravimus

Demonstrabimus etiam volentes comprehendere stellas quod totum est in sedibus motum scilicet motum medium et motum qui videtur et quod est inter eos ex superfluo quod est diversitas in tribus equalibus est equale semper sumpto minuendo duorum modorum Et describam adhuc circulum aliquem centro sit centrum orbis signorum super a b g super centrum d. et circulum alium ei equalem angulum centro egrediatur a centro eius super qui sunt e z h. super centrum t. super dyametrum vero ambobus communem qui faciam transire super duo centra usque ad punctum e quod est longitudo longior super qui sunt e a t d. et dividam ex circulo a b g arcum secundum quantitatem quam volumus super quam sunt a b. et describam orbem revolutionis super centrum b. et secundum longitudinem d t super quam sunt k z. protraham lineam d b k Dico quod quia stella in unoquoque duorum motuum in uno tempore iaceat ad locum sectionis orbis eccentri et orbis revolutionis sine dubio quia est punctum z. et arcus erit tres simul arcus e z orbis eccentri et arcus a b orbis signorum et arcus k z orbis revolutionis Et diversitas que est inter motum medium et inter diversum et motum stelle qui videtur de hac toto est secundum duos modos cum re una et similitudine una cum illud protraham quo lineas z t. b z. d z. Sit igitur figura quadrilatera super quam sunt b t. d z. Et sint duo oia